

E.G.Graff, Diutiska 2.Bd. 3.Heft (1827)

S.296

In nomine patris et filii et sps scti. deus abraham. deus isaac. deus iacob. deus qui de costa primi hominis euam coniugem creasti eam sibi in adiutorium constituisti. ut essent cor unum et anima una et isti duo in carne una. ita ut homo relinqueret patrem et matrem et adhereret uxori sue uerissime. Deus qui precepisti me de sancta trinitate deus verax et ipsa veritas. Adiuro te per nomina tua sancta que sunt ineffabilia nomina. alfa et w. tetragrammaton. agla salech ihs. on. sicut a tribus pueris flammam ignis removens extinxisti. Sidrac misaac et abdenaga. iram rixam. discordiam inter me et maritum meum N. extinguere facias. nos concordem reddas et in amore meo illum consisteret usque in finem uite mee concedas. ut nec uir nec mulier mihi in amore suo noceat sed potius me solam diligat et uera dilectione teneat. quanta fuit inter adam et euam. et inter abraham et saram. et inter ioseph et sanctam mariam. hunc amorem concedat deus N. marito meo. amen.

(Muri, Benediktinerstift Cod.69, 12.Jh.)

*As. m. v. p. nachkontrolliert werden!*

*Ab. k. mehrere Abschreibfehler!*